Zwettl, 4. Viertel 12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

sacerdos simul cum ecclia conuersus
ad dm & dicit. Preceptis salutaribus
moniti. & diuina institutione for
mati audemus dicere. Pater nr qui
celis. Hoc enim preceptum nobis
est salutare. idest ad salutem nostram
pficiens. quo nos unigenitus filius
plauacri regenerationis. & spm
adoptionis dei filios effectos dicere
monuit. dicere iussit. & nhumana.
sed diuina sua institutione. ipse no
bis pro nobis orandi formam institu
it. sicut dō audeamus dicere. Pater nr.
ipse nos sua iussione monuit. sua in
stitutione informauit. dicens. Sic
ergo uos orabitis. Pater noster qui es
celis. Hoc itaq; nobis super omnia
salutare est. quod nobis tantam gra
tiam p unigenitum suum ctulit
ds pater. ut tantam bonitatem
cogitantes. & amantes. sic agamus
ut iam n seli filii sed filii di fiamus.
Preceptis ergo salutaribus iussi. dui
na institutione informati. n pre
sumptionis temeritate. sed obedi
entie pietate pfuimus dicere dō
patri. Pater noster qui es in celis.
Vt fidelis quisq; qui in ueteri ho
mine erat filius ire. iam in celesti
regeneratione patrem inuocet
pietate. Credimus uero ubiq; esse
dm p diuinitatis p sentia. sed non
ubiq; esse dm p habitationis gram
eius agnoscitur. Propter hanc ergo
inhabitationem. ubi gra dilectionis
agnoscitur. n dicimus. Pater nostr
qui es ubiq; cum et hoc uerum sit.
sed pat noster qui es in celis. ut tem
plum eius potius in oratione come
moremus quod & nos esse debemus.
& inquantum sumus. intantum ad
eius sotietatem. & adoptionis fami
liam pertinemus. Hec se filius in hac
oratione pretermisit. sed in patris
unitate conuinxit. quia in patre
& se orari iussit. Cum enim patre
rogas. filii nomen imploras. Sanci
ficetur nomen tuum. hoc petendo am
monemur. desiderare. ut nomen
eius quod semper sem est. & iam
apud homines sem habeatur. hoc
est non contemnatur. quod non dō
sed hominibus prodest. Adueni
at regnum tuum. hac petitione
desiderium nrm ad illud regnum
excitamus. ut nobis ueniat. atq;
in eo regnare mereamur. Fiat uo
luntas tua sicut in celo & in terra.
Hac petitione nobis ab illo precam
ipsam obedientiam. ut sic in nobis
fiat uoluntas eius. quem ad mo
dum fit in celestibus angelis ei.